



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputatio || excellentium. D. doctoru[m] Iohannis Eccij &  
|| Andre[a]e Carolostadij q[uae] cepta est Lipsi[a]e ||  
XXVII. Iunij. An. M.D.XIX.**

**Eck, Johannes  
Karlstadt, Andreas**

**[Erfurt], 1519**

**VD16 E 320**

Contra Eckius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-32477**

### Contra Eckius!

¶ Quia actus noster est disputatio non prelectio domini concepta et ad fastidium dicitur tenendum dico ad primum placere mihi dicit Augustinus expositione de gratia et libero arbitrio capitulis. c. 15. 16. et 20. Quoniam sanctus pater illis locis liberi arbitrii iura sunt illibata sed si volueris et illud quod est necessarium non obtineat gratia sed dei coopantem et tra coopantem ut boni operis actio deo et gratie ut principaliter agentibus merito tribuatur. unde christiani hominis est et gratia predicare et simul liberi arbitrii preterit defendere ut doctus augustinus. li. 2. ca. 18. de Baptismo parvulorum docuit et facit Ambrosius in vestibulo de vocacione omnium gentium admonuit Hieronymus. quocumque li. 3. aduersus Pelagium hoc sibi studium fuisse affirmat ut omnipotentia dei simul cum libero arbitrio asstrueret.

Fonte occurrit mihi. dicitur Eckius

¶ Quod vero secundo ornatus Doctor me admonet ne hominibus adhuc rudibus tumorem superbie ingeram cum liberi arbitrii defensione hinc debet hoc de me suspicari ita enim liberi arbitrii contra Hanciecorum perditionem defendo ut gratiam ei velut principalem longe antefera contra damnatos Pelagianos et quod Augustinus. li. 3. hypo. Etiam ad liberi arbitrii velut seorsum ad equum comparat ea que dicta sunt in collaudatione gratie gratanter accipio. utinam deus nobis eam largiatur.

Dicitur Ciprianus

¶ De secundo dico me nihil inculcare toties nisi quod velim libertatis legem per sapientem explicatam cuius et Ciprianus meminit ad Cornelium papam dicens Christus non increpauit resistentes sed magis uersus ad apostolos suos dixit Numquid et vos uultis abire? Seruant scilicet legem qua homo libertati sue relicta et in arbitrio constitutus mori sibi appetit vel uitam Hanc inquam legem uoluit per sapientem admonendo esse propositam que utique admonitio ad uiuos et posteros non uero premoxtuos pertinet.

Dicitur

¶ De tertio quod clarissimus Doctor tertio citra modestiam me inculcat quasi misere torquentem apostoli uerbum non ego sed gratia dei mecum et uelim tribuere specialiter operationi libero arbitrii quod non faciat gratia Dicitur plurimum unde hoc sibi in mentem uenerit quod ad uerba apostoli sola Hieronymus: Verba addiderit et magis mihi: Cuius gratiam uelut hinc disputatio per Notarium habuerit quod mihi imponit? conuenit Quod asseruerim liberi arbitrii spalem habere operationem quam non faciat gratia quod non cogitauit quidem de quo remitto me ad scripta per Notarios Verum que posterius induxit per opponendo quod respondendo de gratia desuper data Quis hoc ignorat? cum pueri nouerit istud Jacobi officium donum optimum Unde et Ambrosium recipio asstruentem uoluntatem esse recepticem bonorum atque famulam sed quod Clarissime doctor mihi asseruit uoluisse me facere uoluntatem reginam hoc inquam factum. Ut in defensione mea conclusione. 6. posui. Comparata uoluntate ad potestates inferiores executrices uerum esse uolui ipsam esse in anima sicut reginam in regno non Quod ad hoc probabo. in comparatione uero ad gratiam et ad deum famula est et ancilla postrema quod ad Hieronymum responderi alium eius locum ex li. 1. Pelagius colli. 12. euocando uellem dicit Doctor respondisset ad uerba Hieronymi: per me inducta que libero arbitrio suam dant actiuitatem Dare enim instantiam non est soluere sed obiecta oportet diluere.

iz. de uo: g:

¶ Carolostadius uoluit super hec concludere ex Eckii opposita et pene concessis sed Eckius argutissime contendebat horam esse. neque plane concedere Carolostadio. ad Rectores et primarios res redit quorum iudicio in illam horam dilatatum est.

### Hora tertia Eckius.

¶ Data expositione ad dictum seruit per illud apostoli abundantius laboraui omnibus non ego sed gratia dei mecum uolo fortius ostendere replicando apostoli eo loco sensisse et se et gratiam laborasse ultra Hieronymi expositionem hinc allatam Nam sic. b. Bernardus de gratia et libero arbitrio mihi colum. 15. expresse hoc affirmat unde Paulus cuius bona plurima que per ipsum deus fecisset enarrauit.